

e

17575

Carl Bertheau



Hunc librum Musis
 suis inservientem
 iure possidet
 Theodor Mahlmann



TM 0588



S

Der g
Nuch
ther

Lava
Sac

S
Nebst



SUPPLEMENTA
zu der
Ausführlichen
HISTORIA
MOTUUM,

zwischen den
Evangelisch-Sutherischen
und den
Reformirten/
ausgefertiget
von

Val. Ernst Söschern, D.

LEIPZIG,
In Verlegung Johann Grossens seel. Erben.
1722.

SUBJECTA

ARTICULI

MOTIVOM

ARTICULI

ARTICULI

ARTICULI

ARTICULI

ARTICULI





SUPPLEMENTA
zum ersten Theil
der ausführlichen
HISTORIÆ MOTUUM.

SDer dasjenige, was zur Vermehrung und Verbesserung des Wercks in die zweyte Auflage hin und wieder eingerückt worden, hat man vor dienlich befunden folgende Supplementa anzufügen.

Zum ersten Capitel des ersten Buchs/

§. XXV. p. 38. Edit. primæ, p. 35. Edit. secundæ.

Noch im 1524sten Jahr, ließ der berühmte D. Urbanus Rhegius, damahls Prediger zu Augsburg eine deutsche Schrift drucken, wider den Irrthum D. A. Carlstadts, in 4 von 5 Bogen. Er meldet, daß Carlstadts falsche Lehre in seiner Gemeinde viele irre gemacht habe, darum wolle er auf dessen zwo Büchlein antworten und klagt über Carlstadts Schmähung vom Götzbrodt, Hundsschlagen, &c. Er widerlegt sonderlich folgende drey Sätze: 1) Daß das Sacrament zur Vergebung der Sünden diene, 2) daß Christi wahrer Leib und Blut nicht drinnen sey, 3) daß es kein Pfand sey, daß uns die Sünden vergeben worden: meldet zugleich B. 2. b. daß vor 2. Jahren Thomas Münzer, welchen er Carlstadts Gefellen nennt, gegen Rhegium die

4 Supplementa zu der Historia Motuum.

Bibel verschimpffen wollen, und gesagt, er wolle einem Vater den Glauben aus natürlichen Dingen lehren. Endlich wiederhohlt er die Haupt-Summa Christlicher Lehre, und gehet sonst mit seinem Gegner glimpfflich um.

Zu p. 46. Edit. I. p. 42. Edit. II.

Lutheri Epistola elenctica ad Carolstadium.*

Gratiam & pacem in Christo. Speraveram te producturum argumenta, mi Carlstadi, quæ te moverent aut movissent ad tuam opinionem. Sed isto commentario tuo super verbum *dedit* intelligo te argumenta potius exquirere, & omni arte ac vi extorquere ex syllabis & literis, quod aliud nihil esse potest, quam quod data opera lucem fugias. Nam quis finis erit disputandi, si sic pergas syllabas violenter mungere & pungere. Cur non potius ad rem accedis? Breviter me accipe, clarissime enim dicam. Duo sunt in ista causa proposita, nempe verba & res. De verbis est quæstio, an demonstrari possit, ea debere aliter accipi quam sonant. De re est quæstio, an corpus Christi in cœna detur corporaliter & edatur? Nos igitur per verba vobis rem extorquere enitimur, Sic ut vos per rem nobis verba extorquere nitimini. Quia si verba accipienda sunt ut sonant, absque dubio nos vicimus, & rem vobis extorsimus, contra, si esse vos demonstraveritis, absque dubio verba nobis extorsistis, esse sic aliter intelligenda quam sunt. Nunc sine controversia prior quæstio de verbis est tractanda, hoc est, primum videndum, quid nominis, deinde quid rei? Hic nos stamus & dicimus (quandoquidem neque tu neque ullus vestrum hactenus demonstravit hæc verba aliter accipienda esse, quam sonant,) simpliciter eis inhærendum ut sonant. Nam neque tu unum jota ex scripturis produxisti, quo probares ⁷⁸⁷⁰ ad corpus Christi sedentis spectare, sed ex capite tuo

* Stehet zwar sonst Libro II. Epist. Lutheri, p. 196. da sie unrecht zum Jahr 1524 referirt wird; ist aber nun aus einem alten guten MSco gebessert.

tuo id fingis, sicuti nec Zwinglius nec Oecolampadius probant ulla ex scripturis syllaba, est pro significat aut corpus pro figura corporis accipi, sed & ipsi talia e capite suo fingunt. Cum igitur vos hic palam teneamus fictores arbitrarios verborum, contra usum & naturam omnium linguarum, quomodo possumus moveri in vestram sententiam, imo quomodo vos non movet conscientia, quæ aculeum hunc sentit & vos inclamat dicens, verba sic sonant, & vos non probatis, aliter accipi debere. Nam ut demus per impossibile vos demonstrare, sic corpus Christi non dari in cæna; Quid facietis cum conscientia, quæ verba opponit: Hoc est corpus meum. Aliter accipienda sunt, inquires. Quomodo? Hic omnes cogimini obmutescere, cum neque tu probes tuum *1770*, nec illi suum significat, aut figuram, & sic prorsus nullum Textum nobis relinquitis, quo nihil aliud concluditur, quam esse verba aliter accipienda, quam sonant, quomodo autem sint accipienda, prorsus dicere non possitis. Atque sic conscientia clamorem fortiter transitis, quæ verbis ut sonant, tenetur, cum nunquam ea aliter accipi audierit, quam sonant. Qualis autem sit ille Spiritus, qui solum hoc efficit, ut nullus sit Textus in cæna Domini, deinde aliter accipienda verba quæ sonant contendit, contra omnem linguarum usum, nec vult nec potest probare id ipsum, facile est judicare. Cum igitur perverso ordine vos transfiliatis, quid nominis, deinde quid rei, sive quid nominis quærat, stamus contra vos invicti dicentes: verba sic sonant, nec contrariè vel aliter accipienda est ulla syllaba: probatis imo contemptu transfilitis, necesse est, quid nominis primum & certissimum habere, quia de rebus incognitis & tantum fide perceptis, agitur. Hæc pro nobis. Nunc ad tuum perversum ordinem venio, qui contempto quid nominis ludas in quid rei. Ac primum valde vellem omisisse te plurima, quæ absque dubio me & nosse & concedere nosti, ne tempus & verba perdere opus esset. Sed quia id forte non

potes, novellus ut video | Rhetor ex libellis absqve Præceptore factus, donandum hoc tibi & ferendum.

Primum quod doces me, esse locos Scripturæ per collationem aliorum locorum exponendos, & hac regula fretus incipis ex Joan. 6. velut lucem in verba cœna Domini afferre: Hic quæso me patienter audi. Si omnis locus Scripturæ per alium locum est exponendus. Qvis erit finis conferendi locos Scripturæ? Quia hac ratione fiet, ut nullus locus sit in Scriptura certus & clarus, & erit quædam mutua collatio in infinitum loci ad locum. Sic alius per cœnam præsumat exponere VI. caput Joannis, sicut tu præsumis cœnam exponere per VI. Joannis, & utetur tua regula, sic per locum esse exponendum. Sentisne hic te fatis infidele argumentum jecisse, & ex particulari ad universale procedere. Nam ista regula: Locus per locum exponi debet, absque dubio particularis est, sive locus ambiguus & obscurus debet per locum clarum & certum exponi. Nam claros & certos locos velle per collationem aliorum exponere, est totam Scripturam in quodam infinito & incertum chaos confundere. Suntne hæc fatis clara? Absqve dubio intelliges, hæc pulchra habere. Quando igitur regula hac conferendi uti voluisti, ceu fundamento, primum erat tibi certum & demonstratum faciendum locum cœnæ esse ambiguum & obscurum, h. e. qui egeret conferendi ista regula ad VI. cap. Joh. tu vero neutrum istorum facis, nec demonstras locum cœnæ ambiguum esse, nec probas esse cum Joannis VI. cap. conferendum, sed utrumque fortiter tranfis, & utrumque fortiter indemonstratum & incertum apprehendens supponis tanquam certum & demonstratum. Quid mirum si nihil nisi monstra disputes & concludas, ambiguitatem autem cœnæ sic vel simili modo debuisses indicare, quia vocabula ista corpus meum &c. vel ista oratio: hoc est corpus meum, in S. Scripturis variè & ambiguè accipitur, ideo aliunde petenda est certa intelligentia, hoc modo

do si processisses, occurrisset tibi veritas, & dixisset: Parce frater, locus non est ambiguus, aut demonstra ambiguitatem, quia verba ista, h. e. corpus meum, omnium lingvarum usu sunt clara, & nusquam in Scripturis aliter accepta aut intellecta, quam ut sonant, nisi tu contrarium probaveris. Quare non potest tibi concedi, ut ea ad Cap. VI. Joannis conferas, juxta regulam prædictam. Nam regula hæc non habet hic locum, nisi probaveris ambiguitatem, sive in vocabulis, sive in Syntaxi. *Secundo* quod multum contendis Christum VI. Joannis definisse, ubi, quomodo, quibus, quando, quoties, quo consilio, quibus instrumentis corpus suum datum sit in cibum, laudo conatum tuum rhetoricandi, sed mi vir, hoc nosti a me non negari, nec erat opus ea produci. Joannis VI. Cap. mihi satis notum est, ac scio doceri corpus Christi, seu potius carnem Christi esse animarum cibum. Iterum agis quod agendum non est, ex particulari infers exclusivam, sic Christi caro docetur Joann. 6. spiritualiter manducari, ergo Christi caro docetur manducari tantum spiritualiter; ubi didicisti hanc Dialecticam, manducari spiritualiter est idem, quod manducari tantum spiritualiter? vel quod Christi caro spiritualiter comedatur, ergo non potest etiam corporaliter comedi. Ostende locum Joan. 6. qui hanc consequentiam probet, quam hic fingis, quo possim credere, te isto syllogismo moveri, certe intellectu nos non moveri arbitror te plane videre. Nam eadem consequentia dixeris in Gal. 4. Christus spiritualiter paritur in Galatis, ergo non potest corporaliter pati de Maria. Christus habitat spiritualiter in credentibus Ephes. 2. ergo non potest corporaliter habitare in Capernaum & in cælo. Christus crucifigitur spiritualiter Gal. 2. ergo non potest corporaliter crucifigi in cruce. Et hujus generis infinita adduci possunt, ut de tactu, visu, auditu spiritualibus, ut negentur corporaliter fieri posse. Vides igitur in quantis deficiat hoc tuum argumentum, sc. quod ex definita facis exclusivam. De
inde

inde quod locum Joan. 6. ad locum cœnæ per vim torques & nihil probas. *Tertio*, quod satis longa & pêne obscura verborum urges pugnantiam esse in nostra sententia, sc. quod verbum *dedit* ponitur ante hunc Textum, hoc est corpus meum, id efficere, ut datio jam facta sit, antequam Christus dixit, hoc est corpus meum, quo necesse est discipulos panem accepisse a Christo datum, & sic finita datione & acceptatione tum Christum dixisse, hoc est corpus meum, aut necessario ad Christi corpus ibi sedentis pertinere, cum jam ante panis sit datus & acceptus. Hæc nisi fallor est vis & lux verbi Dei tam magnifice a te jactata. Ego vero te per Christum oro, ut te tamen ipse consideres & observes si potes, quam insigni cœcitate hic labores, timeo ne sic in pœnam sacrilegi dogmatis percussus sis. Age, loquamur crasse, verborum quædam sunt Evangelistæ historiam recitantis, puta hæc, accepit panem, gratias egit, fregit deditque discipulis suis dicens; Quædam sunt Christi loquentis, puta hæc, accipite, comedite, hoc est corpus meum. Jam tu inter verba Evangelistæ recitantis historiam, & inter verba Christi loquentis, aliquod ponis intervallum temporis, in quo Christus dederit, & discipuli acceperint, & vorarint panem, vorato autem pane, tum sequatur Christus dicens: Hoc est corpus meum, ubi necessario hoc demonstrat corpus Christi, quia panis jam abest, puta datus & acceptus, forte & comestus, ut per hoc demonstrari non possit. Quis hic non videat, ridiculam tuam cogitationem, vel studium potius volentis & quærentis errorem, cur non observasti hanc Evangelistæ vocem, *dicens*, qua clare scripsit interdicendum datum esse panem & quod dixerit, addit, accipite & comedite, hoc est corpus meum, ex quo perspicuum est, dationem panis esse factam, simul sub dictione vel cum dictione, sonantibus vel prolatis istis verbis Christi: Hoc est corpus meum, ut tua cogitatio prorsus nihil sit, qua datum panem imaginariis ante prolationem verborum, sicut in libro vel pa-

pyro

pyro dedit ante hanc orationem, hoc est corpus meum, ponitur. Igitur juxta tuum sensum augendus esset textus hoc modo, Christus fregit deditque discipulis, & illi acceperunt & comederunt. Tunc dixit Christus, hoc est corpus meum, &c. Sic enim tu cogitas mox esse factum ubi Evangelista verbum *dedit* legendum descripsit, & non vides factum ab Evangelista representari his verbis, accipite & comedite, hoc est corpus meum. Nam finge te adesse Cœnæ illi primæ Christi, spectareque & observare Christum agentem & loquentem. Hic vide manus ejus quibus accipit panem, nihil dicens de dando, sed retinente in manibus panem, profert gratias, gratias actis iterum tacet & nihil de dando dicit, sed profert hæc verba, accipite comedite, hoc est corpus meum. Sub his verbis, vel mox post ipsa aut cum ipsis, & non necessario ante ipsa fit datio, ut cogit natura facti & historiæ sentire, ut nemo possit negare panem datum esse corpus suum, ut quod dando appellat corpus suum. Proinde cum tu intervallum ponis interdationem & appellationem, fingis contra naturam facti. Certe ad impossibile te obligas, hoc est ad probandum istud intervallum, cum Evangelista per participium illud (dicens) prorsus tollat intervallum, & inter dicendum, vel cum dicendo factum panem esse datum & Corpus Christi appellatum testatur. Ita remanet nuda & inutilis cogitatio de intervallo temporis & dationis, quam in ipsa factam fingis. Nam quod postulas, responderi, an Christus corpus suum dederit, antequam primam literam hujus orationis eloqueretur, hoc est corpus meum; Quid est, nisi mera captio & insidiosa verbi Christi cavillatio? Nam finge panem esse datum vel post orationem completam vel ante inceptam; Quid hoc quæso ad rem, aut quid te juvat cum participium dicens demonstrer, Christum dantem dixisse, hoc est corpus meum? Certe si tibi centum florenos darem, nihil referret, sive post, sive ante dationem sic dicerem: Hic sunt centum floreni, quanquam

natura facti & historiae pervadeat dare & dicere simul fuisse ut simul dederit panem, & simul dixerit hoc est corpus meum. Nam sic solet in omni actione fieri, ut dator simul det & dicat seu appellet id quod dat, nisi forte nobis illam vetulam quaestionem revocas de instanti actione consecrationis, ubi Papistae docent, post ultimam syllabam adesse Christi corpus & non ante; nos istas cogitationes contemnimus, nec designamus Deo instantiam, aut tempora, contenti simpliciter credere id fieri certe, quicquid Deus fieri aut esse dixerit, neque enim nos contendimus, quo instanti leprosus sit mundatus, quando Christus dixit Matth. 8. volo, mundus esto, sed satis est nos credere illum mundum factum esse, sicut Christus dixerat. Sic filium reguli Joh. 4. credimus sanatum sicut Christus dixerat, vade, filius tuus vivit, non curiosi, quo syllabarum tempore, aut instanti factum sit: Et Lazarum revixisse, sicut verbum Christi sonat, Lazare veni foras, otiosis vaniloqvis relinquimus an sub voce veni vel foras vel Lazare vixerit & talia multa. Sic & hic panem esse corpus Christi dicimus, quia Christus dicit hoc est corpus meum aliis odiosis λογουμένοις concedentes, ut de instantibus & syllabis disputent, nobis autem praecipuum vel verba Dei esse vera credere, non autem disquirere, quo instanti aut quomodo vera sint & impleantur. Ex his puto satis clarum esse, quod verbum dedit male trahis ad actionem coenae, cum sit verbum Evangelistae praeteritam coenam narrantis, ideo coactus est verbo praeterito uti, at ipsa actio verbis praesentibus imperativi & indicativi modo repraesentatur, puta accipite, comedite, hoc est corpus meum, quae non finunt intervallum aut praeteritam imaginationem imaginari; sed obijciunt praesentem dationem a Christo fieri, eo quod dicit, hoc est Corpus meum; Quod vero panem appellari jactas I. Cor. X. Panis quem frangimus &c. quis negat? sed quod solum panem facis: quomodo probabis? sed de his in novissimo meo libello leges. Nam contra tuum 727o fortis est idem locus, panem quem frangimus est (non solum panis,) sed

com-

communio seu participatio corporis Christi, & hæ sunt Scripturæ, quas flagitas, quibus corpus datum discipulis probamus, nec possunt a te subverti, quod scimus.

Equidem admiror, cur dicas tibi frustra objici hæc verba: hoc est corpus meum, nulla causa nisi quod dicis hic de dandi verbo controverti. Deinde aliud significare verbum dedit, & aliud verbum est, ut autem diversa significant, ita diversa probant. Quid hic velis non intelligo, nisi quod contemni a te ista verba credo hoc est corpus meum, & tamen nihil afferis, quam quod aliud significet dedit, aliud est, quasi vero & nos non similiter novissemus, tuum *dedit* contemnere & dicere, aliud significat corpus, aliud meum, imo quodlibet vocabulum suum significatum significat. Nunquid recte hinc sequitur, orationem ex talibus constitutam esse falsam aut contemnendam? De translaticia significatione, qua datum corpus aut fractum pro nobis disputas, permittimus, ut dicas quantum voles. Nam & nos asserimus Christum in cruce datum, pro nobis, quamvis fractum esse in cruce negamus.

Nec tu id probabis, nec probasti hactenus, sed esse in cœna translaticiam dationem non est verum. Quamquam verum sit corporalem dationem figurare spiritualem dationem, qua Spiritus S. nobis in cor donat Christi carnem credere, sicut idem dat in cœna corporaliter comedere eandem carnem. Nec istæ dationes sese mutuo impugnant, aut vicissim excludunt, sed pulchre conveniunt, sicut cum sese dedit ministrum corporaliter discipulis, lavando pedes & ministrando mensam non impedit quo minus sese det credendum. Tu consequentias facis pessimas, si est spiritualis datio, ergo non est corporalis datio in cœna. Consequentias ejusmodi probare deberes: sed tu transis semper & probas nobis antecedens, quod nos tamen concedimus, nec opus habet tua probatione. In summa petis, ut scripturam apertam proferam, quæ dicat Christum accepisse & dedisse corpus suum, sicut tu probaveris

ris accepisse & dedisse panem: bene, si hoc vis urgere, quod nolis credere, nisi istas syllabas producerem, Christus accipit corpus suum & fregit & dedit, victor esto, & seqvere tuum caput. Ego tales syllabas non possum producere, sed simul vide tamen, si talem possum Textum producere, Christus accipit corpus suum & fregit & dedit, discipulis suis, quid opus esset ipsum appellare & dicere, hoc est corpus meum. An otiosum battologum cupis fieri, tantum ut loqvatur verbis a te sibi præscriptis? Nos scimus in his verbis: Accipite & comedite ipso gestu sic significari præsentem dationem, quod negare nemo potest, ita ut si quis glossam super illis verbis velit ponere sic scribere posset super verbum accipite; Ecce hic fit datio quædam præsens, habita autem datione ista præsentis sub verbo accipite, cogit appellatio statim seqvens sine intervallo, sine personæ mutatione sic, hoc est corpus meum, quo appellat panem, vere dari corpus Christi. Nam contra omnem sensum est aliud datum intelligi, quam id quod appellatur a dante eo facto & tempore quo datur & appellatur ab ipso, ut etiam in primo libro vernaculo contra te declaravi. Ideo suum præteritum (*dedit*) prorsus corrui & tollitur per verbum præsens accipite. In quo non *dedit*, sed *dat* necessario intelligitur, & relinquitur *dedit* in ore Evangelistæ præteriter dantem & loqvemem, panemque acceptum corpus suum appellentem audientis & videntis; & quantum tu urges verbum *dedit*, quod est Evangelistæ præterita narrantis, tantum nos urgemus verbum accipite, quod est Christi præteriter agentis. Cum autem ex Christo agente pendeat intelligentia Cœnæ, manifeste patet tua vitiosa disputatio, dum de actione Christi instituisi loqui, & ea omissa apprehendis narrationem Evangelistæ, imo non narrationem, sed tempus narrationis. Sed quia Evangelistæ longe post cœnam narrat, cogitur propter elapsum tempus verbo præteriti uti, quod tu para-

paralogista confundis, in ipsam actionem Christi, ante tamen tempus praesenter factum. Nec cogitas si Evangelista potuisset praesens praesentem actionem describere, non fuisset dicturus dedit sed hic Jesus accipit & dat dicens, accipite &c. Tu igitur vide tuum Syllogismum, qui a tempore arguis ad opus, ac si dicas: Evangelista diu post ita scripsit. Ergo Christus sic tunc non fecit, quia ille in praeterito scripsit. Dedit igitur Christus praesenter non dat. Mirum quomodo possunt tibi tam nihili cogitationes occurrere, magis mirum te illis sic inniti. Fufius ista dixi, quia video te fidere & multa iactare hic quae tamen solo verbo (accipite) statim confutarem. Sed volui late loqui, ne putares te contemptum in tuo multiloquio. Posthaec de persona dantis disputas, multis verbis agens, Christum esse unicum & insignem illum, qui corpus suum det, quasi hoc ullus aut ignoret aut dubitet, cum satis scias nos plane sentire & docere Christum solum ipsum esse datorem sui corporis in cena. Neque enim ullus nostrum dicit in sua persona, accipite, hoc est corpus meum, imo nullus dicit, hoc est corpus Christi, sed Christus dicit, hoc est corpus meum, & mandat nobis sic dicere. Quid est igitur quod ita copiose argumentaris, a nobis dari corpus Christi, cum tibi potius probandum fuerit, Christum non dare corpus suum per nos tanquam organa sua. Nonne & baptisma suum dat ipse solus & unicus sed per nos? Nonne remittit peccata solus ipse & unicus sed per nos? Nonne solus docet Evangelium, praedicat & exhortatur (ut Paulus ait) sed per nos? Nonne solus ipse dat cibum & vestes, uxorem, domum & omnia, sed tamen per alios tanquam instrumenta; Quare non opus erat docere Christum solum esse, qui det corpus suum. Hoc enim nemo negat, sed istam consequentiam debebas probare, quam praesupponis, nec probas, sc. quod per hominem non possit dare corpus suum. Cum alia omnia det per homines, ipsum filium dedit, per virginem matrem & ipsam divinitatem dederit per humanitatem. Ve-

re tua argumenta sunt quæ sita potius studio resistendi, quam oblata & moventia affectum discendi. Eadem ratione negares Spiritum S. esse datum per Apostolos, imo ne Christus quidem sufflatu suo corporali dedisset Spiritum S. cum solus ipse Deus Spiritum dare possit. Si istis argumentis præscivissem te moveri, non fuisset pactus tecum de hac re disputare. Quid enim obstat, quo minus usque ad finem Mundi omnibus horis talium argumentorum multa plaustra producas, quæ scias ad rem nihil facere, & tempus & opus melius interim impendere. Speraveram argumenta audire, quæ te moverent, nunc mihi fatis alias occupato audire datur quam varia & impertinentia tu fingere & cogitare possis.

Quare te oro, ut deinceps si argumentari voles mihi parcas, & hac molestia leves, nec me doceas, quæ nosse me & concedere nosti. Hoc est, ne assumpta proponas tantum, sed subsumpta & consequentias: ego his probandis velim te insudare, sed perperuo his neglectis, insudas in probandis assumptis, quæ nemo negat. Ut hic: Christus solus dat suum corpus. Ergo nos non damus, probari decet consequentiam. Nam desumptum conceditur, Christum esse datorem sui corporis, sed consequens, nos non dare, hoc probari debet. Nam etiam si nos non damus, tamen quia Christus per nos dat, recte & nos dare dicimus tanquam ministri. Sicut eleemosynam, quam dat herus, recte & servus dare dicitur, heri sui iussu & mandato. Cum & Paulus Evangelium suum dicat, cum tamen sit Dei, & Christus doctrinam suam non suam dicat, atque majora facturum promittat eum qui credit, quam ipse fecerit, cum ipse in nobis tamen faciat omnia. Hæc inquam dilute & consequentias tuas contra talia stabilire oportuit. Cogor hic sistere calamum. Nam ista vix scribere potui, tum occupationibus plurimis impeditus, tum quod Torgam vocatus, & in aulam profecturus sum, Volo interim ista legi a te
&

& videre de istis tuam responfionem. Plura ubi rediero, & quam primum potero, responfurus. Vale.

D. Lutherus!

Zum andern Cap. §. III. p. 64. ed. 1. p. 95. ed. 2.

Die Nachricht ist nicht zu verachten, welche Hottingerus, P. II. Histor. Ecclef. Sec. XVII. p. 102. aus der ungedruckten Lebens-Beschreibung, die Bullingerus von seinem eigenen Leben aufgesetzt, gibt, daß Zwinglius schon im Septembri 1524 mit den Gedanken umgegangen, seinen Irrthum vom Abendmahl an das Licht zu bringen, sich aber damahls noch gescheuet habe. Bullingeri Worte sind: Die 12 Septembris primo aperuit mihi mentem suam Zwinglius, quid sentiret de Sacramento corporis & sanguinis Domini. Nam bona fide illi exponebam sententiam meam quam hauseram ex scripto quodam Fratrum Waldensium & Augustini libris. Interim prohibebat, ne cui id mysterii explicarem: nondum enim satis tempestivum esse ut proferatur: velle se iusto tempore proferre. Das sind schlechte indicia einer göttlichen Sache.

Zum andern Cap. §. VII. p. 74. ed. 1. p. 69. ed. 2.

Damahls kam auch heraus Conrad Rysfens von Ofen, Antwort auf Bugenhagens Motive, gedruckt in 4. auf dritthalb Bogen. Hier werden Carlstadt und Zwinglius vertheidigt, Bugenhagen wird ein Verführer genennet, und sonst hart tractirt, Lutherus aber noch viel ärger. Er heist hönisch der hohe Prophet, dem Gott um die Sünde der Hoffart einen lügenhaften Geist gegeben hätte. B. I. b. Rysfens neue Hypothesis ist, bey dem Paulo und Luca heisse Jst soviel als bedeutet, aber bey dem Matthæo und Marco gehe das Wdrt gen das nicht aufs Brodt, sondern auf das für euch gegeben. A. 3. b. Von der Gegenwart des Leibs Christi, sagt er, finde man bey den Apo-
steln

steln nicht einen Buchstaben. A. 2. b. Seine Argumenta sind, alles, was in den Mund gehe, gehöre zum Stuhlgang A. 3. a. und Christus habe die Worte, das ist mein Leib, mitten im Austheilen gesagt; also müßten zum wenigsten die zuvor genossen hätten, den Leib Christi nicht empfangen haben. Recht schändlich schreibt er B. 1. a. Luther wolle einen Leib und des Narrentwerks viel daraus machen. C. Schlüs- selburg, in der Schrift wider Pelargi Schmäy-Karte, C. 2. hält das vor, Zwinglius hätte diese Schrift selbst verfertigt, allein es ist wahr- scheinlicher, was andre Alte sagen, daß der bekannte Mart. Cellarius unter falschen Nahmen dieselbe ausgefertigt.

Zum andern Cap. §. VIII. p. 75. ed. 1. p. 69. ed. 2.

Von Billicani und Rhegii gedruckten Briefsen muß noch etwas genauer geredet werden. Sie sind im Jahr 1526 in 8. zu Wittens- berg zusammen gedruckt worden, und ist der letzte am 18den Dec. 1525 datirt. Dieser ist einen Bogen, jener 2 Bogen stark. Bil- licanus bezugt sich wider die Gegner ehrerbietig und glimpfflich, ohne daß er einem, der Carlstadt's Hypothesin noch absurder, als er, vor- gestellt hatte, etwas härter tractirt. Er schreibt mehr wie ein Gram- maticus, als daß er die Sache Theologisch abhandeln sollte, und stellt Zwinglio und andern die Construction der Griechischen Worte nachdrücklich vor. Oecolampadium nennt er seinen clarissimum Præceptorem, und will nicht nahmentlich wider ihn schreiben, sondern setzt Tertullianum an dessen Stelle. Rhegius dringt in seiner Epis- tel meistens auf Pauli Zeugniß, 1. Cor. X. und schreibt sonst sehr glimpfflich.

§. XV. p. 86.

Hier ist mit zu bemerken, daß Jo. Hanerus, zu Nürnberg, wel- cher etwas auf Zwingli's Seite gehänget, sich damals mit vielen Briefs- sen bemühet, Zwinglium auf bessere Gedanken zu bringen. Diese sonst ungedruckte Correspondenz hat Hottingerus in excerptis mitgetheilet, P. II. Hist. Eccl. Sec. XVI. p. 529. sq.

Zum

Zum andern Cap. §. XV. p. 85. ed. 1. p. 79. ed. 2.

Etwan im Jahr 1526. (Denn die Jahr-Zahl ist nicht vorgesezt) kam heraus: Eine treue Ermahnung an alle Christen in 4. von 3. B. ohne Benennung des Autoris, der sich vor einen Lâÿn ausgibt. Sie ist wider etliche Prediger gerichtet, die einen Brieff vom Abendmahl heraus gegeben hatten, vermuthlich zu Nürnberg. Diese und die übrigen, so die wesentliche Gegenwart und Genießung des Leibes und Blutes Christi im Abendmahl glauben, werden alhier neue Papiſten gescholten, B. 2. C. 2. b. und ihre Lehre wird mit der Pâpſtler Irthum durchgehends confundiret. Der Verfasser will den Nahmen Sacrament nicht leiden, und C. 3. sezt er: Tausſen und Brodt Essen würden ohne Grund aller Schrift ein Sacrament genennet. A. 2. Er schilt, der Teufel habe gelehret, Christi Leib ins Brodt bringen, A. 3. b. Die Theologen, die da lehrten, das Brodt sey Christi Leib, sind nicht, spricht er, von Gott gelehrt, noch gesandt, B. 2. ja er ziehet sie noch mehr als die Pâpſtler durch. C. 2. b. Von der Tausſe redet er gar verächtlich, es sey ein Gedicht, daß jemand sich der Gnade Gottes beschwigen geſtröſten wolte, weil er getausſt sey, C. 4. Nach des Verfassers Meinung bringen Christi Worte nichts mehr mit sich, als daß die Christen, wenn sie essen und trincken, sein gedencken sollen: Der Kelch soll Christi Sterben heißen, nach seinen am Delberg gebrachten Worten. A. 3.

Zum §. XX. p. 98.

Pezelius schreibt gleichwohl von den ärgerlichen Reden Zwingelii wegen der Seligkeit der Heyden, sie würden heute zu Tage von niemand verſochten, (worinnen ihm zwar die Facta widersprechen.) Bucerus hat in einem besondern Brieffe Bullingerum gebeten, er solle von der Vertheidigung derselben abſtehen, und Crocius schrieb davon: Quid sit, erravit Zwinglius, dispungatur igitur error & deleatur ex hominum memoria; wie seine Worte zu lesen bey dem Darmstadiensibus, in der Special-Widerlegung, p. 683.

Zum

Zum vierdten Cap. §. I. p. 141.

Brentii merckwürdiger Brieff an Bucerum wegen der Sacraments-Sache, ist in Hn. D. Pfaffens Actis & Scriptis Eccl. Wirtemberg. p. 198. sq. zu lesen.

Zum vierdten Cap. §. VII. p. 145. ed. 1. p. 121. ed. 2.

Daß Blaurerus A. 1525. noch nicht des Zwinglii Irrthum er geben gewesen, ist offenbahr aus seinem an denselben geschriebenen Brieff, welchen Hottingerus, P. II. Histor. Eccl. Sec. XVI. p. 447. seq. drucken lassen: Er schreibt: Dissentimus a te, ingenue fateor, in Eucharistiæ dogmate. Aber nach diesem hat er sich etwas mehr auf Zwinglii Seite gewendet.

Zum fünfften Cap. §. VIII. p. 152. ed. 1. p. 141. ed. 2.

Bugenhagii Schrift, die er A. 1528 zu Wittenberg in 8 drucken lassen, und aus 16 Bogen bestehet, heist *Confessio de Sacramento Corporis & Sanguinis Christi*. Er hat nebst der an Brentium gestellten Dedication voran gesetzt seine ehemahlige Epistolam ad Hefsum, hernach seine Klage über Bucerum, daß er seinen Psalter verfälschet. Darauf folgt die Confessio de Consecratione, da er sonderlich den Unterscheid unter der Transsubstantiation und real-Gegenwart einschärffet, und auf die Krafft der Einsetzung Christi bringet, zugleich auch der Papisten concomitanz und dergleichen Irrthümer widerlegt. Gegen die Zwinglianer bezeigt er sich gar ernstlich, zeigt aber auch an, daß man grosse Ursache darzu habe, da sie zum Er. die Worte Christi, die falschen Propheten würden sagen, hier ist Christus, auf das heil. Abendmahl gezogen hätten; da denn der größte Schimpff auff den Heyland zurück falle, als verführe er auch mit seinen Einsetzungsworten, K. 1. b. Im Anhang wird eine neue Art der Sacramentarien widerlegt, welche zugelassen, daß alle Worte der Einsetzung eigentlich zu verstehen wären, hingegen dieselben also umgekehrt hätten,

hätten, mein Leib ist das, oder er ist ein geistlich Brodt; welche also der bekannten Sturmfischen Meinung vorgespielt, daher auch Bugenhagenius N. 5. 1. davor hält, man könne sie *Talistas* nennen. Der sogenannte Conrad Riß von Offen wird hier auch widerlegt, und zum Ende wird das 6te Capitul Johannis ausführlich abgehandelt. Auff dem Titul hat Bugenhagenius versichert, daß er ferner nicht wider diese Leute schreiben wolle.

Zum fünfften Cap. S. IX. p. 153. ed. 1. p. 143. ed. 2.

Die Acta dieser Disputation sind gedruckt zu Wittenberg, 1529. 8. v. 14 Bog. Melchior Hoffmann, war mit dem Sacraments-Irrthum und fanatischen Meinungen eingenommen, er wandte sich An. 1527. über Harburg nach Kiel, zog daselbst Leute an sich, und brachte so viel zuwege, daß er eine Buchdruckerey aufrichtete, und in des 1000 Gulden erübrigte, wie er selbst aufgeschrieben. Da er die Evangelisch-Lutherische Prediger vor Verführer ausschrie, ward endlich der König von Dennemarck bewogen, ihn nach Flensburg zu einem Colloquio fordern zu lassen. Solches ward am Donnerstag nach Quasimodogeniti gehalten in Gegenwart des Kron-Prinzens Christian, der Königl. Rätthe Reventlau und Rantzau, D. Bugenhagens und M. Steph. Kempens, Pfarrers zu St. Catharinen in Hamburg. Hoffmann erschien mit seinen Anhängern, Jo. de Campis und Joh. Heggen, welcher aber sehr ungewiß gewesen. Wider diese disputirten Herrmann Kost, Pfarrer zu Husum, und Nicol Boye, Pfarrer in Dithmarsen, Herr St. Kempe redete auch zuweilen darzu. Hier findet man erstlich die von 6. Secretariis unterschriebene Acta des Colloquii. Hoffmann wolte den Irrthum von der Wieder-Tauffe damals nicht vertheidigen, aber über den vom Abendmahl hielt er steiff und feste. Er aab ungescheuet vor, das Brodt im heiligen Abendmahl sey nicht wahrhafftig der Leib Christi, B. 2. b. und doch wolte er nicht gestehen, daß die Worte der Einsetzung figürlich wären, weil er immer darunter wurff, Christus sey wahrhafftig das Wort. Er scheute sich

sich nicht zu sagen: Wir müssen in diesem Articul übereinkommen, wo aber nicht, so wird es viel Blutvergießen setzen. C. 5. b. Als das Colloquium fast geendet war, lieff noch Johann Barse, ein Sacramentarius hinein, und obloquirte, welchen St. Kempe wohl abfertigte. Dieser erinnerte unter andern, daß, da wir durch die Reformation Thomæ und Scoti opiniones, so sie in die Schrift gebracht, abgeschafft hätten, es höchst ungereimt sey, wenn wir nun solche neue opiniones der Sacramentariorum den Worten der Einsetzung anhefften solten. B. 3. Weil D. Bugenhagen auf Befehl zuletzt eine Ermahnung thun müssen, so fügt er seine Beschreibung dieses Colloquii samt vielen Anmerkungen bey, I. a. sq. 3. Er. daß man vom heil. Abendmahl nicht solte sagen, Christum essen, sondern Christi Leib essen, D. 8. 1. Ferner, daß in den Einsetzungs- Worten das Brechen und Ausgießen von dem gesegneten Brod und Wein zu verstehen sey, K. 6. b. M. Hoffmann hat dieser Ermahnung Bugenhamii oft obloquirt, und sonderlich geläugnet, daß die Kirchen- Diener Sünde vergäben. Was nun dieser darauf geantwortet, wird hier fleißig bemercket, F. 3. und sonst. Am Tage nach der Disputation ist M. Hoffmannen und seinen Anhängern, da keine Ermahnung helfen wollen, befohlen worden, das Land zu räumen, welches Bugenhamius hernach beschreibet, und der Relation, welche Hoffmann zu Straßburg von diesem colloquio drucken lassen, widerspricht, ingleichen auch einer andern zu Augsburg gedruckten Relation, N. 8. a. b. Er meldet, daß er nicht zum disputiren da gewesen, sondern im Königl. Rath sitzen müssen, M. 5. c. und daß ihn der Bürgermeister von Hamburg mit nach Flensburg genommen, daraus Hoffmann einen grossen Pracht gemacht. Jacob Hegge hat hernach zu Hamburg revociret, dessen Revocation angebrucht ist.

Zu p. 146. S. VIII.

Im Jahr 1526, hat Lutherus an die Stadt Keutlingen einen nachdrücklichen Brieff geschrieben, und sie vor dem Sacraments- Freythum gewarnet. Solchen hat Herr D. C. M. Pfaff, aus dem Keutlingh

lingischen Stadt Archiv, in seinen Actis & scriptis publicis Eccl. Wirtembergicæ, p. 26. sq. drucken lassen. Dergleichen A. 1527. an die Keutlinger geschriebener Brieff Brentii auch daselbst zu lesen, p. 36.

Zu p. 154.

J. X. Im Jahr 1528. wolte Zwinglii Zerthum auch zu Braunschweig einreisen, denn es breiteten denselben in der Ulrichs Kirche M. Heinrich Knigge, und Richard Schweinfuß, wie auch in der Nicolai-Kirche Conrad Dume, und Hermann Hoyer, nebst Joh. Kauffmannen zur L. Frauen, aus. Siehe Hrn. Rehtmeyers Braunschweigische Kirchen-Historie, 3ter Theil p. 73. 75. Daher musste D. Bugenhagen A. 1529 dahin reisen und mit ihnen colloquiren, und wurden Knigge und Schweinfuß abgesetzt, Ib. p. 81. Dume und die übrigen, zu welchen sich auch der Rector an der Martins-Schule M. Lafferds gewendet, schienen nachzugeben, jedoch hatte man noch A. 1531 mit ihnen viel Mühe. Ibid. p. 90. 97. Zu Goslar war der Superintendentens D. Jo. Amandus Zwinglisch gesinnet, und brachte obgedachten Kniggen daselbst in Dienst, welcher gar ein Buch schrieb, darinnen er solchen Zerthum mit 300 Gründen behaupten wolte. Er ward aber von Amsdorfio mündlich und schriftlich widerlegt, und endlich A. 1531. samt Amando aus der Stadt geschafft. Ib. p. 85.

Zu p. 157. ed. 1. p. 146. ed. 2.

Das der Hr. Landgraff für und nach dem Marburgischen Colloquio der Zwinglischen Meinung sehr ergeben gewesen, will Hottingerus, P. II. Histor. Sec. XVI. p. 503. sq. mit dessen, ingleichen Jo. Frumentarii und Hartmanni lbachii, Brieffen beweisen.

Zum sechsten Cap. nach dem s. XIV. p. 170. ed. p. 158. ed. 2.

XV. Es ist noch anzufügen, daß der Hr. Landgraff von Hessen und M. Bucerus nach geendigten Colloquio nicht unterlassen, einen
Syn-

Syncretisimum zwischen den unsrigen und den Zwinglianern zu befördern, und einen neuen zu Nürnberg zu haltenden Convent vorzuschlagen. Zum Behuff dessen setzte Bucerus eine Confession auf, die Luthero soll ziemlich angestanden haben. Er bemühet sich auch Zwinglium zu bereeden, daß er sich etwas besser erklären möchte. Sein A. 1530 an diesen abgelassenes Schreiben, so in Hottingeri P. II. Histor. Eccl. Sec. XVI. p. 417. sq. anzutreffen, lautet also: *Salve in Domino, Præceptor colende! Nondum rediit à Luthero nunciatus noster, interim autem scripsit Catus, quod sibi concordiam apud Saxones promoventi, responsum datum est, hoc nimirum; Confessione in scripto meo expressa, contentum futurum Lutherum; verum, me videri spem duntaxat, non scientiam proferre, in eandem vos consentire, eoz. poscere illum, ut vestris ad se, vel ad me datis literis, certior & de vestro consensu fiat. Tum desiderare & illud, quod nihil attigerim de eo, quod impiis in cena offertur, de quo coram, ad Patrum loquendi formam, quadam concesserim. Hæc ab illo. Respondi Catto, me per literas Oecolampadii, de utriusque consensu certiozem factum esse, antequam ad Lutherum scriptum miserim; sed similiter de Tua cautione, quam ipsi antea quoque significavi. Quid vero hic impiis detur, data opera, præteritisse, quod hanc nobis controversiam remittere illi Marpurgi voluerint, in eaque sententia hætenus persisterint. Oravique hunc, cum & ipse non ignoret, quosdam manibus & pedibus obstare, ne hoc generale Christum agnoscentium fædus coeat, ne etiam decerneret iisdem armis se defendere contra potestatem superiorem, & ad id abuti Luthero, & hac Sacramentaria controversia, ut rationes ipse excogitet, quibus spes saltem nostræ concordia servetur Luthero, donec convenerimus iterum, quod creditur futurum intra duos menses Norimbergæ. Interea & tum Deum daturum, quo forsan diutius concordia pervehatur. Hæc scripsit Catto, ut quæ plus forsan momenti apud illum habitura sunt. Testis autem mihi Deus est, unum hoc me sollicitum isthoc in negotio tenere, quod Evangelii cursus nobis dissidentibus, horrendum adeo in modum,*

modum, tum apud nos, tum externos impeditur & sistitur. Lutherani cetera Christum pure predicant, sunt inter eos plurimi viri boni, habentque qui hoc illos nomine suspiciunt in omnibus nationibus non paucos: Communis imminet utriusque hostis, qui nulla re nos apud bonos plus dejicit, quam nostro & hoc maxime dissidio. Hoc ergo, cum in opinione potius, quam re ipsa consistat, & suspicionibus magis vanis, quam certis rationibus foveatur, sitque omnino tale, ut per se evanesceret, quam primum id de nobis invicem persuasi essemus, quod res est, & humanior rursus sensus inter nos obtinuisset, cuperem vel quavis ratione, qua modo Christi gloriam non obscureret, si nondum solidam concordiam, saltem Syncretismum inter nos obtinere. Jam puto rationem hanc, quam proposui, ut fateremur nobis formas Patrum probari, gloriae Dei hac tempestate, tantopere veritate hujus rei elucidata, pulchre inservituram, praesertim dum per eam id quoque obrenturi sumus, ut majore fide omnia tradere liceat, & latius spargere sicut amici, crediti iis, quos tanti multi hodie illos veritatem docere putant, ita consensuram iis habiti, quos tot jam seculis, orbis sanctimoniam, & sacrae eruditionis nomine suspicit. Cum infirmis autem, & ideo irritabilibus, nobis negotium est, à quibus quidem nunc res pendeat. Major enim pars recte sentit, satisque firma est; sed, ut alias scripsi, non possunt hi, ut res modo habent, paucos illos offendere. Lutherus ipse quoque tam scrupulosus non esset; sicut nec Philippus; sed sunt Spengleri, Vogleri, & alii quidam turbatores, qui praepostero pacis studio, nihil non tentant, ut sit quo dissideamus. His Satanis arte occursandum erit. Si haec ita, ut me, movebunt, non gravaberis ad me scribere in hunc modum coram, & postea per Oecolampadium. Significavi, me detestari canam absque Christo, nec in hoc, quod panis significet & referat non sit id ipsum natura, quod Christi corpus, adseruisse, quod velim hic panis tantum & vini, & non potius corporis & Domini convivium celebrari. Patrum fidem sectari semper in animo fuit; quare illorum loquendi modum non refugio, placetque confessio, quae scripto

Tuo,

Tuo, quod scribis Te jam Luthero misisse, tantum nemo illa ad insultandum piis, veræque gloriæ Dei studiosis, nemo ad confirmandos errores, quos Lutherus damnat, abutatur. *Scis enim hodie esse, qui ausi sint disertis verbis adfirmare, Christi Corpus non esse ejusdem cum nostro Nature, etiam si peccatum excipias & glorificationem addas. Sunt qui externe sumtioni Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini tribuant conferre Corpori nostro immortalitatem, cum illa proveniat ex eo, quod per fidem in Christum, ut hujus, ita divinæ Naturæ consortes evadimus. Tum adijce aliqua, non ad hanc causam, sed tamen ad profectum Evangelii pertinentia. Charissime Zuingli, Te per Jesum Christum obsecro, ne feras ægrè, quod Tibi præscribo, qua ratione veritatis cibum attemperes ægroto, cujus mihi notior stomachus est. Etenim ut adhuc video valere multorum sycophantias, & Dominum nostram probare patientiam; non video conducturum, ut ipse scribas Luthero. Ratione igitur jam ostensa, si idem Tibi probaretur, posset forsan homini satisfieri in præsens, & amputari paucis illis, qui nondum nos norunt, vel alias concordia nobiscum ineundæ parum favent, occasio retinendi diffidii tam nocentis. *Anxia res est, & multum poscit labores, sed eadem, si vel ex parte succederet, Ecclesiis Dei incomparabilem utilitatem adferret.* Idem enim & ob id verum nostrum Evangelium videretur, potentiusque & apud nos consisteret, & ad alias nationes penetraret. *Aliud nos nihil movet, ita me Christus amet.**

Man ersiehet hieraus, daß Bucerus ein etwas leichtes Gemüth gehabt, aber doch der Wahrheit näher kommen wollen. Zwinglius hat auch seinen Vorschlag nicht angenommen.

Zum ersten Capitul des Andern Buchs/

J. XXII. p. 220.

Diese Articul hat aus dem Archiv des Rostockischen geistlichen Ministerii in Lateinischer Sprache Herr D. Grapius abdrucken lassen, in seinem Evangelischen Rostock, p. 228, sq.

Zum

Zum dritten Cap. S. VII. p. 246.

Aus obiger Acten, mäßigen Relation kan auch Joh. Rudolphi Stuckii Nachricht von dem Wittenbergischen Vergleich gar bald widerleget werden, welche in dessen Dulci Triennio vorkommt, und von dem Hn. Calvör in seine Consultationem de Pace p. 476. sq. ohne nöthige Erinnerungen eingerückt worden. In selbiger will er nicht nur behaupten, daß Lutherus sich damahls mit den Schweigern gültlich verglichen habe, sondern auch, daß die Unsrigen die Augsburgische Confession corrigirt, und der Schweizer Meinung vom Abendmahl gebilliget hätten, welches der Wahrheit völlig zuwider ist.

Zum S. IX. p. 251.

Wegen Martyris ist zu conferiren, was unten im dritten Buch p. 15. vorkommt.

Su p. 285.

Wahrhaftige Bekänntniß der Diener der Kirchen zu Zürich, was sie vom heil. Abendmahl glauben, nebst Antwort auf Lutheri kurze Bekänntniß vom heil. Abendmahl. Zürich 1545. 8. 18 Bog. dabey Lutheri Büchlein selbst, 3 Bogen.*

In der Praefation melden sie, wie sie lieber in Friede leben wolten, und deswegen lange geschwiegen hätten, weil sie aber Luther ganz und gar verwürffe und vor die ärgsten Käßer ausschrie, so wolten sie antworten und von dem Marpurger Colloquio, ingl. ihrer Lehre handeln, it. daß Lutheri Lehre unrecht, und er sie unbilliger Weise verdamme.

Demnach bezeugen sie P. I. von dem Marpurger Colloquio, daß sie nicht darinn erworben p. 6. a. sondern es Landgraff Philip de dato Speyer Donnerstags nach Jubilate 1529 aus guter Meinung vorge schlagen hätte. Sie hätten auch schon vor demselben praesentiam corporis Christi in coena, jedoch spiritualem p. 7. a. wie nicht weniger

* Diese fleißige Recensio ist von einem werthen Sönnner verfertigt.

niger den übrigen Articulu diesem Colloquio gemäß, gelehret, p. 7. b. Luthero auch niemahls Schuld geben, als ob er lehre, daß Christi Leib localiter im Brod sey, p. 8. a. wiewohl doch solches aus der Wahrheit und Endlichkeit des Leibes folge, ib. b. Zwinglius sey in dem Büchlein ad Regem Christianisf. vom Marpurgischen Vertrag nicht abgefallen/ p. 9. a. weil er in selbigen noch præsentiam Christi lehre, p. 10. a. ff. corporalem manducationem aber verwerffe, ib. b. ff. hingegen sacramentalem und spirituaalem statuire, p. 11. b. neml. significativam, wie eine Königin von ihrem Trau Ringe sagen könne: Das ist mein König, 12. b. anagogicam, p. 14. a. ff. und obligativam, p. 15. a. Zwinglius sey auch nicht zum Heyden worden, ob er gleich von einiger Heyden Seligkeit, in Ansehen der von Gott verliehenen Erkänntniß, das Beste gehoffet, p. 16. b. ff. da sie auch die Schrifft nicht verdamme, 18. ff. worzu Exempel angeführet werden, 19. a. immassen solches nicht aussr Christo geschehe, 19. b. welches sich sonderlich an den Sybillen sehen lasse, 20. b. Die Sacramenta würden dadurch nicht aufgehoben, weil solche den Heyden nicht gegeben wären, p. 21. b. und dieses sey Zwinglii Meinung, 23. a. ff. Lutherus lehre selbst also, 24. ff. Lutherus habe unfreundlich nach dem Marpurger Colloquio und wider das in selbigem gethane Versprechen geschrieben, 25. b. J. c. A. 1532. an Marggraff Albrechten zu Brandenburg, daß er die Zwinglianer meiden, und in seinem Lande nicht leiden möchte, p. 26. a. da sie sich abermahl alles Friedens und Liebe in einem Gegenbrieff an gedachten Albrecht gegen Lutherum erbotten, ib. b. Nichts desto weniger hätte Lutherus auch harte an die zu Straßfurt am Mayn 1533 geschrieben, it. 1534 in Büchl. von der Winkelmeß, 27. b. von Oecolampadii Tode, 28. dagegen sie ihre relation beybringen, 29. beruffen sich auf Grynæum, der solchen Tod beschreiben, 29. b. führen auch seine meriten an, p. 30. Auf sothanes Verfahren Lutheri wären sie schlüssig worden, ihr Apologeticum zu ediren, hätten sich aber von Capitone eines andern bereden lassen, 31. Was Lutherus begehre, daß niemand gläuben solle, als sey er mit den Zwinglianern eins, schade ihnen nichts, da ihre Lehre auf der biblischen Wahr-

